

## Muster einer Ergänzungsprüfung zum Latinum

***Im folgenden Ausschnitt aus einer Rede definiert Cicero, wer für ihn „optimates“ und „principes optimatum“ sind und welches Charakterprofil jeweils für sie typisch ist***

Ei, qui senatum et libertatem commodaque plebis fortiter defendunt, optimates sunt. Ei autem, qui negotia publica sustinent, semper principes optimatum et auctores et conservatores (A) civitatis appellati sunt.

His viris multos inimicos esse concedo. Item constat eisdem multa pericula proponi (B), multas iniurias inferri.

Sed his rebus cognitis mihi omnis oratio est cum eis, qui arbitrantur se patriae, suis civibus, gloriae, non somno (1), cenis, delectationi (C) esse natos.

Nam si homines voluptatibus (2) adducti illecebris (3) vitiorum et cupiditatum studuerunt, honores neglegunt.

Eis autem, qui bonae famae bonorum student, servanda sunt communia commoda, adeundae sunt inimicitiae pro re publica: cum multis audacibus (4), improbis, nonnumquam etiam hominibus potentia affectis dimicare debent.

Haec audivimus de clarissimorum virorum factis, haec accepimus, haec legimus.

Neque eos laudatos esse videmus, qui incitaverunt aliquando animos populi ad seditionem (5), aut qui corruerunt mentes improborum, aut qui gloriam fortium et clarorum virorum perdidit.

Romani quidem hos semper leves (6), audaces (4), scelestos esse putaverunt.

Qui autem horum impetus (7) crudeles represserunt, qui auctoritate magnitudineque animi consiliis audacium (4) restiterunt, hi graves, hi principes, hi auctores huius dignitatis atque imperii semper habiti sunt.

---

Umfang : 185 lat. Wörter

**Textstelle : Marcus Tullius Cicero, Pro Sestio, 138f (bearbeitet von janyk)**

Arbeitszeit: 180 Minuten

Erlaubte Hilfsmittel: Lateinisch-deutsches Wörterbuch

---

### **Wortangaben:**

- 1) somnus, i: r Schlaf, e Untätigkeit
- 2) voluptas, -atis: s Vergnügen, e Freude, e Lust
- 3) illecebra, -ae: e Anlockung, r Reiz
- 4) audax, audacis: waghalsig, verwegen, tollkühn
- 5) seditio, -ionis: e Zwietracht, r Parteikampf, e Aufruhr
- 6) levis, e: leicht, unbedeutend, gering
- 7) impetus, -us: r Ansturm, e Gewalt, r Angriff

---

### **Hinweise zur Wortbildung:**

- A) conservator, -oris: „Täter“ zum Verb „conservare“
- B) proponere: pro – ponere
- C) delectatio, -ionis: Nomen zum Verb „delectare“